

## Laval théologique et philosophique



### *Quaestiunculae*

#### I. Utrum Mater Dei possit dici causa Dei et origo Dei ? ; II. Sanctifying Grace and Common Good ; III. À propos de l'expression « communisme chrétien »

Charles De Koninck

Volume 2, Number 1, 1946

URI: <https://id.erudit.org/iderudit/1019761ar>

DOI: <https://doi.org/10.7202/1019761ar>

[See table of contents](#)

#### Publisher(s)

Laval théologique et philosophique, Université Laval

#### ISSN

0023-9054 (print)

1703-8804 (digital)

[Explore this journal](#)

#### Cite this article

De Koninck, C. (1946). *Quaestiunculae* : I. Utrum Mater Dei possit dici causa Dei et origo Dei ? ; II. Sanctifying Grace and Common Good ; III. À propos de l'expression « communisme chrétien ». *Laval théologique et philosophique*, 2(1), 175–177. <https://doi.org/10.7202/1019761ar>

## QUODLIBETA

*Nous publions sous cette rubrique les questions qu'on nous fait par écrit et nous tâchons d'y répondre. Toute lettre doit être signée et porter l'adresse de l'expéditeur. Les lettres anonymes ne seront pas lues. Le nom de l'expéditeur sera publié, à moins qu'il ne demande expressément le contraire.*

### Quaestiunculae

#### I. UTRUM MATER DEI POSSIT DICI CAUSA DEI ET ORIGO DEI?

Verba illa in quae calumniose invehitur quasi inaudita, non a memetipso protuli, sed citavi (*Ego Sapientia*, p.29 et n.8) ex Sancto Alberto Magno (*Mariale*, éd. BORGNET, t.37, p.200a) qui haec habet: «... Mater Dei est causa Dei et origo Dei secundum illud quod natum est». Et quando dicunt quod verba ista, causa scilicet atque origo, non nisi metaphoricè intelligenda sint sicut et illa «mater Dei», haeresim profitentur odiosissimam. Quod enim Beata Virgo proprie et veraciter Dei Genitrix sit atque Mater Dei Verbi ex ea incarnati, ab Ecclesia omnino necnon pluries declaratum est (Apud DENZINGER, *Enchiridion Symbolorum*, 14<sup>a</sup> et 15<sup>a</sup> éd., 1922, nn.113, 201, 202, 214, 218, 256, 257, 290, 993, 1462). Et quomodo hoc intelligendum sit, ex eodem Alberto citavi: «Unde, cum nativitas respiciat esse hypostasis et personae primo et principaliter, naturam autem per posterius, ipsa dicitur mater Christi secundum hypostasim, quae hypostasis est Deus et homo, et ideo ipsa est mater Dei et hominis; licet non sit consubstantialis nisi quoad naturam humanam tantum, quia consubstantialitas ex intellectu suo non dicit nisi convenientiam in substantia; nativitas autem est personae primo et per se et naturae per consequens et posterius» (*In III Sententiarum*, d.4, a.5, ad 2, éd. BORGNET, t.28, p.85b). De qua re, ut ibidem dixi (n.16), videatur D. Thomas, *IIIa*, q.35, a.4. Et si dicatur quod ex hoc non sequitur Matrem Dei causam esse atque originem Dei nisi sensu metaphoricò, respondendum quod causa et origo, ut absque discursu sed sola termini notificatione patet, de intrinseca ratione matris inveniuntur. Unde, si non est causa proprie atque origo, nec proprie mater dici posset.

## II. SANCTIFYING GRACE AND COMMON GOOD

NEW YORK.

Dr. Charles De Koninck:

Having followed with a great deal of interest and profit your learned exposition and forceful defence of *The Primacy of the Common Good*, I am writing to you to learn your position in regard to the following objection:

Sanctifying grace is ordained to the good of one man, alone. Gratuitous grace is ordained to the common good. But sanctifying grace is more noble than gratuitous grace. This fact seems to challenge the primacy of the common good.

I would be grateful, Professor, for your elucidation of the above difficulty.

Very sincerely,

JOSEPH T. CLUNE.

\* \* \*

The objection has been formulated and replied to by St. Thomas, *Ia IIae*, q.111, a.5:

«Videtur quod gratia gratis data sit dignior quam gratia gratum faciens. Bonum enim gentis est melius quam bonum unius; ut Philosophus dicit, in I *Ethic.* Sed gratia gratum faciens ordinatur solum ad bonum unius hominis: gratia autem gratis data ordinatur ad bonum commune totius Ecclesiae, ut supra dictum est. Ergo gratia gratis data est dignior quam gratia gratum faciens».

«Ad primum ergo dicendum quod, sicut Philosophus dicit, in XII *Metaphys.*, bonum multitudinis, sicut exercitus, est duplex. Unum quidem quod est in ipsa multitudine: puta ordo exercitus. Aliud autem quod est separatum a multitudine, sicut bonum ducis: et hoc melius est, quia ad hoc etiam illud aliud ordinatur. Gratia autem gratis data ordinatur ad bonum commune Ecclesiae quod est ordo ecclesiasticus: sed gratia gratum faciens ordinatur ad bonum commune separatum, quod est ipse Deus. Et ideo gratia gratum faciens est nobilior».

## III. À PROPOS DE L'EXPRESSION «COMMUNISME CHRÉTIEN»

«... Beaucoup de personnes expriment une certaine sympathie pour le communisme. Ce n'est certes pas le matérialisme qui les attire, mais plutôt la seule idée d'avoir tout en commun. Je me demande s'il ne faudrait pas répandre l'idée qu'il y a aussi un communisme chrétien».

Sur le désir d'avoir tout en commun, S. Thomas s'est exprimé sans équivoque dans le commentaire sur les *Politiques* d'Aristote, livre II, leçon 4 (éd. VIVÈS), pp.69-70: «Et dicit [Philosophus] quod lex Socratis praedicta videtur bona in superficie, et videtur quod sit amabilis ab hominibus: et hoc propter duo. Primo propter bonum quod aliquis suspicatur futurum ex tali lege. Quando enim aliquis audit, quod inter cives sint omnia communia, suscipit hoc cum gaudio, reputans amicitiam admirabilem futuram per hoc omnium ad omnes. Secundo propter mala, quae putat tolli per hanc legem. Accusat enim aliquis mala, quae nunc fiunt in civitatibus, sicut disceptationes hominum ad invicem circa contractus, et judicia de testimoniis falsis, et hoc quod pauperes adulantur divitibus, tamquam omnia ista fiant propter hoc quod possessiones non sunt communes. Sed si aliquis recte consideret, nihil horum fit propter hoc quod possessiones non sunt communes, sed propter malitiam hominum. Videmus enim quod illi qui possident aliqua in communi, multo magis dissident ad invicem, quam illi qui habent separatas possessiones. Sed quia pauci sunt illi qui habent possessiones communes respectu illorum qui habent divisas, propter hoc pauciora litigia veniunt ex communitate possessionum: tamen si omnes haberent communes multo plura litigia essent. Tertiam rationem ponit ibi, «Adhuc autem justum etc.» Et dicit quod homo non solum debet considerare quot malis priventur illi qui habent communes possessiones et uxores, sed etiam quot bonis priventur. Debet enim legislator sustinere aliqua mala, ne priventur majora bona: tot autem bona privantur per hanc legem Socratis, quod videtur esse impossibilis talis conversatio vitae, ut patet per inconvenientia supra posita».

Quant à l'expression elle-même, il faut l'éviter, il me semble, pour la raison générale donnée par S. Thomas: de peur que la communauté des noms ne devienne une occasion d'erreur. (*Contra Gentes*, III, c.93). On pourrait laisser croire que le désir d'avoir tout en commun — ce désir dont parle Aristote et que S. Thomas commente dans le texte précité — est légitime. L'équivoque a déjà porté ses fruits chez des chrétiens, voire des catholiques, qui n'ont «pas d'objection contre le communisme comme tel, mais contre le matérialisme athée auquel il s'associe».

Enfin, quant à la communauté des biens des *Actes des Apôtres*: «Et habebant omnia communia» (II, 44; IV, 32), elle avait pour cause la recherche de la pauvreté, le renoncement, la charité, qui sont tout le contraire du désir dont parle S. Thomas dans le texte cité. Il suffira, pour s'en assurer, de lire son Opuscule *Contra pestiferam doctrinam retrahentium homines a religionis ingressu*, c.14; voir aussi le commentaire de Cornelius a Lapide sur les passages en cause, où l'on trouve de nombreuses références.